



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

Cap. 7. Quid sacerdotales vestes significant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

CAPVT VII.

QVOD SACERDOTALES VESTES
significent?

Capite quarto obiter dictum est, quâ vestes sacerdotales debeant reuerentiâ & respectu tractari, qui respectus in animis nostris etiâ fiet maior, si attentè quid significet, perpendamus. Omnes illæ sacerdotem ornant, vt magis ad viuû Redemptorem Iesum, iam passionem pro nobis subiturum repræsentet: hoc namque mysterium etsi in memoriam

CHRISTI & omnium eorum quæ pro nobis ipse fecit,
F 2 insti-

institutum sit, singulari tamen
ratione passionis eiusdem in eo
fit commemoratio. Amictus er-
go, quo suum sacerdos caput
velat, velum denotat, quo ipsa
passionis nocte milites Redem-
ptoris oculos per ludibrium, ir-
risionem, & subsannationem
velarunt, & colaphis eum cæ-
dentes dicebant, Prophetiza-
quis te percussit? Alba, vester
illam albam repræsentat, quæ
um Herodes velut stolidum &
emoti cerebri per cõtemptum
indui iussit; cum enim multa
eum curiosè interrogasset, nul-
lum ei Redemptor verbum re-
spondit; vnde factum est, v
Herodes eum & omnis illi
exer

THESAVRVS MISSAE. 65
exercitus & aula spreuerint, &
velut fatuum irriferint. Cingu-
lum, manipulus, stola, vincula
& funes significant, quibus mi-
lites Saluatorem de domo in
domum raptarunt, quibusque
ipse nocte totâ vincetus mansit,
Casula crucem notat, quam hu-
meris Redemptor gestauit, vt in
eadem maceretur. Omnes hæ
considerationes deuotionē ex-
citant, & memoriam refricant
eorum quæ Christo debemus,
cuius amor & charitas erga ho-
mines tanta fuit, vt, quotidie, si
necesse foret, pro ipsis mortem
subire, non grauaretur. Ita vt
non minus ei debeamus pro eo
quod in Missa nobis dat, quàm
F 3 quod

66 SPIRITVALIS
quod tunc pro nobis passus est,
nam idemmet donum est, & i-
dem amor quo datur, idem et-
iam fructus remissionis pecca-
torum, & gratia, si modo dis-
positionis nostræ defectu dari
non desinat.

CAPVT VIII.

DE REVERENTIA QUAE
sacerdoti debetur, & quibus in-
tuendus sit oculis, quando ad Mis-
sam celebrandam egreditur,
& etiam post eam iam
celebratam.

Nolimus hîc de sacerdo-
tali dignitate agere, vt-
pote quæ ad eò magna est
vt nulla eâ sit maior in terris
sed